

Ecclesiasticus

341

tollat plenitudinem superbiorum: et sceptrum iniquorum conturbet: donec reddat locum iniquis secundum actus suos: et secundum opera ad eum: et secundum presumptionem illorum: donec iudicet iudicium plebis sue: et oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa misericordia dei in tempore tribulationis: quasi nubes pluuie in tempore siccitatis. **XXXVI.**

Miserere nostri deus oium: et respice nos: et ostende nobis lucem miserationum tuarum: et mitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te: ut cognoscant quia non est deus nisi tu: ut enarrant magnalia tua. Alleluia manum tuam super gentes alienas: ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: ut cognoscant te sicut et nos cognouimus: quia non est deus preter te domine. In noua signa: et imuta mirabilia: Glorifica manum: et brachium dextrum. Excita furorem: et effunde iram. Extolle aduersarium: et afflige inimicum. Festina tempus et meminito finis: ut enarrant mirabilia tua. In ira flamma deuoret qui saluat: et qui pessimant plebem tuam inueniant perditionem. Cotere caput principum et inimicorum: dicentium non est alius preter nos. Congregata omnes tribus iacob: et cognoscant quia non est deus nisi tu: ut enarrant magnalia tua et hereditabis eos sicut ab initio. Misereere plebi tue super quam inuocatum est nomen tuum: et israel quem coequasti primo genito tuo. Misereere ciuitati sanctificationis tue hierusalem: ciuitati requie tue. Reple sion inenarrabilibus virtutibus tuis: et gloria tua populum tuum. Da testimonium quia ab initio creature tue sunt: et suscita preces quas locuti sunt in nomine tuo prophete priores. Da mercedem sustentantibus te ut prophete tui fideles inueniantur: et exaudi orationes seruatorum tuorum. Secundu[m] benedictionem aaron da populo tuo: et dirige nos in viam iusticie: ut sciant omnes qui habitant terram: quia tu es deus conspectus seculorum. Omnem escam manducabit ventris: et est cibus cibi melior. Fauces contigunt cibum: et cor insensatum verba mendacia. Cor prauum dabit tristitiam: et homo perit resistet illi. Omne masculinum excipiet mulier: et est filia melior filie. Species mulieris exhibet faciem viri sui: et super omnem concupiscentiam hominis superducet desiderium. Si est lingua curacionis: est et mitigacionis et misericordie: non est vir illius secundum filios hominum. Qui possidet mulierem bonam inchoat possessionem: adiutorium secundum illum est et colina ut requies. Ubi non est sepes diripiet possessio: et ubi non est mulier in genuit egens. Cui credit qui non habet nidum: et respiciens vbicumque obscura uerit: quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem. **XXXVII.**

Quoniam quis amicus dicit et ego amicum copulauit: sed est amicus solo nomine amicus. Nonne tristitia inest usque ad mortem? Sodalis autem et amicus ad inimicitiam peruenit. Opus presumptio nequissima: unde creata es concupiscere auidam malicia et dolositate illi? Sodalis amico conuocabit in oblectationibus: et in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condoleat causa ventris: et contra hostem accipiet scutum. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo: et non immemores sis illius in opibus tuis. Noli consiliari cum socio tuo: et a zelantibus te absconde consilium. Dis consiliarius perdit consilium: sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuam. Prius scito que sit illi necessitas: et quid ipse in animo suo cogitabit. Ne forte mittat sudem in terram: et dicat tibi bona est via tua: et stetero contrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate: et cum iniusto de iusticia: et cum muliere de his que emulatur. Cum timido de bello: cum